

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput II.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

48. Sicut in macello oves, sic in inferno positi
sunt, ubi mors depascet eos perpetua.

~~Et promissum est in eorum in inferno
no, et auxilium eorum ne perdat in inferno.~~

Vae poenitentis

6 Convertere Domine ad me, et eripe animam
meam: saluum me fac propter misericordiam
tuam.

6 Ne quando rapiat diabolus ut leo animam
meam: dum non est, qui redimat, neque qui saluum
faciat propter te.

21 Salua me ex ore huius Leonis: et a cornibus
† unicornium humilitatem meam tuere.

73 Ne tradas his bestiis animas confitentes ti-
bi: et animas pauperum tuorum ne oblivisca-
ris in finem.

Caput 2. dum.

Suspiria peccatoris ad conversionem
se disponentis.

31 Beati, quorum remissa sunt iniquitates,
et quorum defecta sunt peccata.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus
peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Igitur

90 Cor ^{mundum} ~~meum~~ crea in me Deus, et spiritum
rectum innova in visceribus meis.

Viam iniquitatis amove à me, et de le-

+ unicornium. Unicornis ferit, et impetit cornu suo,
sic diabolus ferit, et impetit peccatores in inferno. Hu-
go card. Sensus autem est: à poenis demonum tuere et libera
humilitatem meam, id est, me humilem miserum et pauperem.
+ dolus. Cor dolosum, simulatum, et plenum hypocrisis abominatur
Dñs, et placet ei cor, rectum et mundum ab omni nequitia,

ge tua miserere mei.

Delicta juventutis mea, et ignorantias meas ne memineris Domine 24

Ab oculis meis munda me, et ab alienis parce seruo tuo. 18.

Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. 50.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: sed parce, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, cum judicaris injustitia. 50

Vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte universa delicta mea. 24

O Domine libera animam, misericors Dominus et justus. 114

Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliavit in terra vitam meam. 142

Adhaesit pavimento anima mea: sed vivifica me secundum verbum tuum. 118

Et tu Domine Deus miserator et misericors, patiens et multa misericordia, et verax

Respice in me, et miserere mei: et salvum fac filium ancilla tuae Ecclesiae.

Qua enim utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem aeternam. 29

+ juventutis. Juventus hic non sumitur pro aetate, sed pro levitate vel passione, qua maxime in juvenibus dominatur. peccata igitur, ex levitate, vel passione et ex ignorantia facta hic remitti petuntur. Hayn. Aignan. h.

+ laborem. Quid per laborem nisi dolor poenitentiae intelligitur, juxta illud: laboravi in gemitu meo, lacrymis meis stratum meum rigabo. Aignan.

+ vivifica me. Anima, quae pavimento, id est, terrenis adhaeret, mortua est, quia ut hic ait S. Augustinus, adhuc in terrenis mors est anima, contra quod malum jam orat anima poenitens.

+ sanguine. Sanguis metonymice pro anima et vita sumitur; vigente enim sanguine viget animalium vita, et eo deficiente deficit, unde Levit. 17 dicitur, quod anima fit in sanguine. Genes. h.

29. Nunquid confitebitur tibi [†]pulvis; aut annuntiabit veritatem tuam?
118. Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes, qui descendunt in infernum.
118. Intret ergo postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me à peccatis meis.
101. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat.
4. Intende voci orationis meae, Rex meus, et Deus meus.
90. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.
24. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine.
24. Custodi animam meam, et erue me à peccatis: non erubescam, quoniam speravi in te.
118. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine: et secundum iudicium tuum vivifica me gratia tua.
29. [†]Audivit me Dominus, et misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
- Dixi contritus: confitebor adversum me iniquitatem meam Dño: et tu mox remisisti impietatem peccati mei.
29. Convertisti planctum meum in gaudium michi: conseridisti [†]saccum meum; et circumdedisti me latitiam.
- [†]pulvis, id est, ut ait hic Beda, peccator attritus à peccatis, et levis ut pulvis, seu ad nihilum instar pulveris redactus.
- [†]Audivit. Hoc dicit anima, qua vere est contrita; nam cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. psal. 50.
- [†]Saccum. Hoc nomine venit luctus, et dolor animi; concindere itaque saccum est auferre moerorem, spiritus, qui progignunt peccata.

23
Ut cantet tibi gloria mea, et ultra non com- 29 *anima
pungar aculeo peccati: Domine Deus in aeter-
num confitebor tibi.

85.
Confitebor tibi Domine Deus meus in toto
corde meo: et glorificabo nomen tuum in aeter-
num.

117
Deus meus es tu, et confitebor tibi: Deus
meus es tu, et exaltabo te.

Exaltabo te Deus meus rex: et benedicam
nomini tuo in saeculum et in saeculum saeculi.

107.
Paratum cor meum Deus, paratum cor meum:
cantabo, et psallam tibi.

Benedictus Dominus in aeternum, fiat,
fiat.

Alia suspiria

Peccavi Domine, peccavi super numerum
arena maris. Irritavi iram Dei mei. Heu
non sum dignus videre altitudinem caeli!

Tedet animam vita mea: loquar in ama-
ritudine anima mea, quod unquam offen-
derim te!

Heu mihi quia incolatus meus prolon-
gatus est, habitavi cum habitantibus Ce-
dar, malis nempe hominibus: nimis incola
fuit anima mea.

Infelix ego homo, quo ibo, et ad quem
confugiam, nisi ad te Deus meus, qui es
pater misericordiarum et Deus totius con-
solationis.

Ahi miserere mei Deus, miserere mei, quia
in te confidit anima mea. Nunquid obli-
visci poteris misericordiarum tuarum,
quae a saeculo sunt.

Nunquid, qui dixisti: convertimini ad me:
et ego convertar ad vos, revertentem ad te
proiciet à facie tua?

Nunquid qui dixisti: venite ad me omnes,
qui laboratis, et onerati estis, me ad te
venientem repelles, an non potius iuxta
verbum tuum sanabis, et reficies?

Ego igitur peccatorum pondere heu ni-
mum onustus, ~~timeo~~, dolens, et tremens ve-
nio ad te, ac in spiritu humilitatis et con-
trito corde prociens ad pedes majestatis
tua, infelicem hanc sarcinam in sacratissi-
ma tua vulnera proicio, ut omnes iniquita-
tes mea, foeditates, et immunditia pretioso sangui-
ne, qui inde diffluit, expientur, et purgentur. O
Jesu! o pie pellicane me immundum munda tuo
sanguine.

O Jesu, o consolator anima mea, velut onus
grave gravata sunt super me iniquitates mea,
sed parce, o clementissime Deus, quia sicut are-
na maris sunt miserationes tuae.

Alia contriti cordis suspiria.

Obstupescite

Audite coeli, et obstupescite: dereliqui Deus
Creatorem meum, et recessi à Deo salutari meo.
Ejus dabit oculis meis fontem lacrymarum,
et plorabo die et nocte, quia multiplicatae
sunt iniquitates mea super capillos capitis mei.

Hei mihi Domine, quia peccavi nimis in
vita mea. Delicta mea pavescio, et ante te
erubescio. Ah respice in me clementem ad te,
ne quando gaudeat inimicus meus super me,
atque ut leo rapiat animam meam.

Heu adhuc tenent me cupiditates mea li-
gatum non ferro aliena sed ferrea mea volun-

Fate. Cur non dirumpo vincula ista? cur non
 obsurdesco adversus earum incitamenta? Quid volup-
 tate infelicius? ducunt enim in bonis dies suos ^{7 mundanorū}
 et in puncto ad inferna descendunt. ~~Quis dicitur
 in peccatis suis? Quis dicitur in peccatis suis? Quis dicitur
 in peccatis suis? Quis dicitur in peccatis suis?~~
 Juss.

O mi Deus, quid ergo adhuc me retinent nuge
 nugarum, vanitates vanitatum. Heu quamdiu
 pona consilia in anima mea, et dolorem in corde
 meo patiar? Quid differo in crastinum, quod hodie
 possum? Quis crastinum, quis horam, quis vel mo-
 mentum certum dedit?

Venio igitur ad te o bone Jesu; vocant enim me
 vulnera tua, vocant et lacryma oculorum tuorum.
 Venio ad te, sed heu nimis sero; ego enim o pater
 amantissime, hactenus in te benignissimum crea-
 torem, et redemptorem meum ingratus fui, teque
 graviter offendi, veteribus delictis nova semper
 cumulans.

Fateor indignus sum filii nomine, verumta-
 men te meum patrem esse agnosco. Tu es verus
 pater meus, tu es tota fiducia mea, tu es fons
 miserationum inexhaustus, qui immundos confu-
 gientes ad te non repellis, sed abluis.

Ecco itaq; ego omnium creaturarum tuarum
 percipema venio ad te, nihil mecum afferens nisi
 foedissimam peccatorum immunditiam.

Humiliter prociado ad pedes pietatis tuae, et
 animo contrito imploro tuam misericordiam. Ignos-
 ce, obsecro, o spes mea certissima, ignosce, quia
 valde doleo, et amplius dolere volo.

Alia suspiria cum latrone

Memento mei Domine, et porrige dexteram
 tuam; quia infixus sum in limo profundi, et
~~non est substantia~~. Veni in altitudinem maris,
 et tempestas demersit me; repleta est malis ani-
 ma mea, et vita mea inferno appropinquavit.

Deum meum perdidit, et animam meam occidi.

Sed o quam magna est misericordia tua super me; quia eripuisti animam meam ex inferno inferiori; ecce enim millena anime in igne inextinguibili iam ardent, aeternumq; ardebunt; licet minorum, ac pauciorum quam ego scelerum rea, et ego nondum ardeo, toties reus causa majestatis tuae.

Cur o amantissime Jesu de carum numero me esse noluisti? Quis flagella furoris tui averte, nisi immensus amor tuus erga me. Et ego te non diligam? Non detestabor peccata mea, quibus te, o Deus cordis mei, o summum bonum meum toties offendi?

Ah abiuro scelera mea, rugio pro dolore a gemitu cordis mei; quia peccavi in te, et malum coram te feci. O Jesu ne proicias me, quantumvis sero poenitentem. Parce Domine, parce, quia agnosco iniquitatem meam; et peccatum meum contra me est semper.

Ah miserere mei o Jesu, miserere mei, et ne permitas pretium mortis et crucis tuae in me perire.

Oratio S. Augustini.

~~Hic spectant sequentes S.
Augustini orationes.~~

Deus justitia: Deus misericordia: Deus invisibilis: Deus incomprehensibilis: Deus inenarrabilis: aeterna: benedicte: amande: me: duende: ab omni creatura colende: Deus, cuius miserere mei.

Deus, cuius omnia, in quo omnia: sub quo omnia, per quem omnia sunt: te per immensam majestatis tuae clementiam: et per omnium Sanctorum tuorum gloriam deprecor, parce ani-

ma mea: parce malis meis: parce inenarrabilibus criminibus meis.

O Deus visita infirmum, cura agrotum, visita languidum: sana turbatum: da cor, quod te timeat: da scintillam sapientiae tuae, qua mihi justificationum tuarum iter ostendat.

~~Miserere mei Deus: parce mihi, quia peccavi tibi: et propter iniquitatem cordis mei in ipsa peccatum.~~

Miserere mei Deus: parce mihi: quia multum peccavi tibi: ego enim ore, ego corde: ego opere: ego omnibus iniquitatibus cooperatus sum coinquinatus sum.

Veniam peto, quia reum me cognosco: Scelera mea tibi confiteor, quia te latere non possunt. Tu enim es scrutator cordis: et reum tibi abscondita revelantur, et scelera patefiunt.

Miserere mei Deus, et ne me perire patiaris. Ne me sinas aeternis involvi tenebris: Respice in me Domine de sedes maiestatis tuae et tenebras cordis mei radio tui splendoris expelle.

Miserere mei Deus! Ne avertas faciem tuam à me; quia non propter justitiam meam peto misericordiam tuam, sed propter magnam clementiam tuam.

Oratio ejusdem S. Augustini

Miserator et misericors magne et terribilis Deus! tibi confiteor delicta mea, tibi patefacio vulnera mea: Tu propter ineffabilem bonitatem tuam confer mihi misero medicinam.

Confiteor; quia iniqua est et perversa in conspectu tuo vita mea: lapsa est in lacum miseria vita mea: extincta est in iniquitatibus meis anima mea. Libido, ira superbia, avaritia, delecta-

fitio prava, aliq, nefaria opera occiderunt ani-
mam meam.

Sed quaso Domine Deus, cujus misericordia non ha-
bet finem, attrahere me ad te, sicut attraxisti mu-
lierem peccatricem; sicut donasti illi non cessa-
re osculari pedes tuos, rigare eos lacrymis, et
extergere capillis.

Sic mihi clementer concede ~~dignare~~ ut secun-
dum magnitudinem iniquitatum mearum sit
magna dilectio tua in me, ut propter immen-
sam pietatem tuam omnia dimittas peccata.

Largire mihi de prateritis malis veniam, de
presentibus continentiam, de futuris cautelam.

Caput III.

Aspirationes peccatoris sinceram con-
fessionem parantis,
ex psalmis

ps. 135 Confitemini Domino, quoniam bonus, quonia
in aeternum misericordia eius.

Confitemini Domino coeli; quoniam in aeternum
misericordia eius.

74 Confitebimur itaq, tibi Deus peccata nostra:
confitebimur, et invocabimus nomen tuum.

91 Bonum est confiteri Domino delicta sua:
et ~~sum~~ psallere nomini tuo Altissime.

129 Quia apud Dnum misericordia: et copiosa
apud eum redemptio.

Ipse enim redimet Israel, ex omnibus ini-
quitatibus eius.

+ Confiteri. Non dicit: Bonum est psallere, et
postea confiteri, sed bonum est confiteri, et bonum est psallere.
Prius age poenitentia, et postea canta Dno. Hieron. h.